Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



20

mee salus tua ego sum. Dic dic ut audiam. Ecce
aures cordis mei ante te dne. aperi eas dne et dic
anime mee salus tua ego sum. Curram post uocem hac
et apprehendam te. Noli abscondere ame faciem
tuam ne moriar. sed fac ut eam uideam. Angusta
est domus anime mee quo uenias ad eam dila
tetur abste. Ruinosa est p̃fice eam. habet imū
dicias tuas que offendant oculos tuos. fateor
ut scio. Et quis alius mundabit ea. aut
cui alteri p̃ter te cla mabo. ab occultis
meis munda me et ab alienis parce seruo tuo.
Nonne tibi p̃locutus sum aduersum me delic
ta mea. Et tu dimitte obsecro impietatem cordis
mei. Non in iudicio contendo tecum. quia si iniquita
tes obseruaueris dne. dne quis sustinebit. Dic
in supplicio tuo ds miserere. dic in seruo tuo. sal
tua ego sum. Peccaui dne ds mis ordinator et cre
ator omnium rerum naturalium. peccor autem tantum
inordinator. Dne ds mis peccaui faciendo contra
p̃cepta tua. Non enim meliora eligens inobediens
extiti. sed amore faciendi uoluntatem p̃pam. et ad
impleti supplas uictorias. Libera me dne iam
inuocantem te. libera etiam eos qui nō dm̃ inuocant